

## Advertencias para

dignitatibus, officiis, & beneficiis priuatos  
esse: & ad alia inhabiles, & incapaces, & si  
religiosi fuerint, ultra predictas censuras, &  
pœnas, perpetuo voce actiua & passiua care-  
ant. Addit insuper, quod nemo pretextu cu-  
juscumq; priuilegij [etiam Marem agnum nun-  
cupati] concessi quibuscumq; ordinibus, cō-  
gregationibus, & personis regularibus, aut  
Episcopis [per decreta Cōc. Tridētini,] aut  
officio sacræ pœnitentiæ Apostolice, vel mi-  
noribus, aut etiam maioribus pœnitentiari-  
bus nostris, & Romani Pōtificis pro tempo-  
re existentis, vel alias quomodo dolibet pro tē-  
pore cōcessis, personæ sic ut preferatur delin-  
quentes, tam scilicet Antistites, quam Abba-  
tes promouētes, quam Clerici malè insigniti,  
seu ordinati, à reatibus, & excessibus pre fa-  
tis absolui, præter quam in mortis articulo  
possint, aut debeat, neq; cum his super irre-  
gularitate premissa contrafacta etiam si crimen  
penitus occultū fuerit, quo quis modo valeat  
dispensare. Hæc Sixtūs. 5. Ex quibus verbis  
colligit iuxta superius citata, quod si monia-  
cos in mala ordinum promotione nullus pre-  
ter Papam potest absoluere, etiam pretextu  
priuilegorum regularium, que sufficienter  
dero